

Fo. CCXXXII

videat in celo nouo: et in terra noua. atque in omni qua nunc fuerit creatura: ab omni malo liberatur: et omni bono perfecte impleri vacabitur: et videbitur: quia ipse est deus qui plenus erit: quando erit omnia in omnibus. Ipse enim erit finis desideriorum nostrorum: quem sine fine videbitur: sine fastidio amabitur: sine fatigatione laudabitur. Sed et ad haec quae idoneus: Sine dubio qui fideliter inuenietur super pauca quae accepit militie sue rege. id est super sensus. super actus: et super appetitus suos: quos suscepit regendos: ut in his perfectus fidelis sit domino suo. Sciat ergo frater tuus christi vas suum possidere in sanctificatione et honore: et gloriificet et portet deum in corpore suo: sectetur pacem. Amen.

Explicit liber de differentia spiritus et anime De qua vincenzius in spe. histo. lib. xix. c. lv. dicit. Fersit autem scripsisse libellum in de anima et spiritu: qui nunc apud scolasticos precipue habetur. Sed mihi non videtur liber ille stilum aut gustum sapientie: nec in augustini libros in armarum publicis antiquis inuenit. Est autem liber ille pculdubio vtilissimus: et eleganter diserte atque copiosissime compositus: mihi quidem videtur ex augustini libris diuersis ad compendium extractus: quod magister hugo de sancto victore fecisse fertur.

Incipit prologus beati Augustini episcopi in libro de vita christiana.

Go peccator primus et vltimus insipientiorque ceteris imperitiorque vniuersis. te ut scitatis et iusticie via pergas crebrioribus audeas litteris ammonere: non me proprie iusticie fiducia: non sapientie pericia: non scie gratia: sed sola quam cocepi in deum animo et mente tue charitatis causa compellit: que me peccatore et ignarum piter ad dicendum ita hec hortatur et puocat: ut cum loquar nesciam tacere non possim. Velle itaque et libenter optare te eorum habere notitiam: que et sapientia affluetior est: et facundia maior: et scientia vberior: et conscientia ab omni peccatorum contagione liberior: quam suis tete verbis iuste instrueret et exemplis. Nos ei preterquam mentem nostram ita insipientie et ignorantie caligo cecauit: ut diuinum aliquid nequeat sentire vel

dicere. adhuc insuper et omnem redarguit conscientia peccatorum. ut etiam si quid luminis possit habere abscondat. et ita sit ut preterquam quod dicere non habemus. Sed etiam quod habemus: non fiducialiter proferre conscientia prohibere possim. Tutum cum peritior tibi apparere possit et melior: rudibus ammonitionibus nostris interim esto preterita: et charitati da veniam: cuius est non proferre quod offerat: nec quod non habet querit: sed totum quod habet libenter impartit. ad cuius non tamen muneris specie: quam animi respice voluntate: et diligenter aduerte quod tibi illa negare poterit: quod totum dare voluit quod habebat: obtrulisset et quod non habebat si posset: quod totum quod potuit offerebat. Sicut itaque ille sed parum quod decurrens interim riuum aqua non potest esse preteritus: donec ad fontem vberiore puriore que pueniat. Nec illum satis esurire credo qui cum cribrarios panes habeat: nitidos expectat et candidos. Ita dulcissima sororum quam ego cererem sum esurire nimium et sitire celestia. cribrarios inde madae panes: donec similagines candentes inuenias. Exiguus et turbulenti riuus aquarum pora versus quod fontem affluetioris haurias puriore. Nec tibi inter panis nisi quis rusticus videat esse displiceat. Rusticus ei panis incultior esse videtur: sed fortior: et celerem esurientem stomachum satiat: festinus corroborat: que si diligens neus videtur et nitidus. Nunc ergo dicam frater mone per ut valeat: et quod christianus agere pueniat. ut potuero explicabo. Cuius rei et vniuersis prius exordium summa: iustus non inuenio: que ut primam de christiano ipso vocabulo disputet: et cur quis christianus nuncupet exponam.

Explicit prologus. Incipit liber beati augustini de vita christiana: ad sororem suam viduam.

Christianum vinctum interpretari sapientium et fidelium nullus ignorat. Vinctos vero non nisi sanctos viros et satis deo dignos semper fuisse manifestum est: nec alios quam prophetas aut sacerdotes aut reges. Et tam magnus fuit ipsius vinctio: nis mysterium: ut in iudaico populo. non omnes illud: sed satis pauci de plurimis mereretur